


Dilecti filij salutem, et apostolicam benedictionem, fidei constantia, et sincere deuotionis affectus, quibus uos in nostro et apostolica sedis conspectu preditos esse cognouimus, nos inducunt, ut petitiones uestras quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Sane nobis nuper exponi fecisti uobis uaria, et diuersa priuilegia, immunitates, et gratias per diuersos Romanos Pontifices predecessores nostros, et sedem predictam per suas in forma brevis, et sub plumbo litteras, et alias super uarijs, et diuersis rebus, et occurrentibus negotijs, conuessa, confirmata, et innouata, ac concessa, confirmatas, et innouatas fuisse, Comunitatem uestram et uestrum regimur, pro eius ipsiusq; ciuium incolarum, et habitatorum tranquillo statu, et commoditate uaria, et diuersa statuta, constitutiones, ordinationes, decreta, et reformationes ordinamus statuimus, et condidimus, et etiam per diuersos Romanos Pontifices, etiam predecessores nostros confirmata fuisse. Quare nobis humiliter supplicans frustis ut onia, et singula priuilegia, immunitates, et gratias, necnon statuta, constitutiones, ordinationes, decreta, et reformationes huiusmodi, quo firmius substante, sedis apostolica munimine roboran, aliaq; uobis in premisis opportune prouidere, de benignitate apostolica dignantur. Nos igitur uotis uestris benignè annuere uolentes, ac uis, et uestrum quemlibet, a quibus uis excommunicationis suspensionis, et interdicti, alijsq; Ecclesiastici sententij, censuris, et poenis a iuri uel ab homine gravis occasione uulcausa latis, si quibus quomodolibet innotati existitis, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum sece abluenes, et absoluens fore censerter, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, et singula priuilegia, immunitates, et gratias uobis, et dictae Comunitati uestrae per quoscunq; Romanos Pontifices predecessores nostros, ac dictam sedem hactenus quomodolibet concessa, et concessas, quatuor sint in usu, necnon statuta, constitutiones, ordinationes, decreta, et reformationes huiusmodi per Comunitatem uestram predictam uestrum regimen quomodolibet facta, et edita ac factas, et editas, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus non contraria, apostolica auctoritate tonre praesentiam, confirmamus, et innouamus, concedimus, et indulgemus, praesenq; scripti patrocinio communimus, omnesq; et singulos, tam iuriq; facti defectus, si qui forsan intruenerint in eisdem supplemus, illaq; omnia, et singula perpetiae, et inuiolabilis firmitatis robur obtinere decernimus. Mandamus modernis, et pro tempore existentibus Provincie nostra Marisia Anconitana Vicelegato, Gubernatori, Thesaurario, et cuiuslibet ipsorum Ministeriis, et Officialibus, necnon Sanctae Romanae Ecclesie Camerario, Vicecamerario, Camera Apostolica Clericis, et generalibus Thesaurario, et Auditori, seu ipsius Camerae quibusvis Commissariis quatuor uos minime impediant perturbent, uel inquietent, quinimmo uobis in premisis omnibus, et singulis faueant, et assistant, ac exequantur. Nosq; priuilegiis immunitatibus et gratijs huiusmodi alijsq; predictis, liberè, et liciti, uti, frui, et gaudere faciant. Contradiciones, et inobedientias quoscunq; iuriis et facti remedij opportunitatis etiam cum auxilio brachij secularis compescendo: Sieq; per quoscunq; judices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, et Sancte Romanae Ecclesie Cardinales, iudicari, et diffiniri debere, sublatu eis gravis alter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate decernimus. Non obstat promissis, coeterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat^r Roma apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die x. Aprilis. M. D. Lxxiiij. Pont. Nostri Anno Primo.

Ca: Glorierius



de ejus locis 2328
exhibitum. Cesare polianus p. musonaeus

Dilectis filiis Vniuersitati et hominibus Terra
niae Montis Sancti Firman' dioec.

N.º 29.

Privilegiorum confirmatio sub
Gregorio VIII.

